

*Smen balang myrofmo 2 qm
8en a qo xp m̄t skw ḡ Dm. De eis quę & B litera incipiunt.
m̄srlm̄. 25*

Bαλανος
μυρετικη

*Ionthos / n̄p p̄isq̄ h̄ ruber
sin ierān̄ albe, q̄ m̄ fare
et n̄yō m̄m̄d & max̄dem
bibn̄lōy n̄yōt.*

Balanus myrepsica, odorataq; , quam myrobalanum nominant, abstergen di & secandi uim habet cum quadam acerbitate astrictioneq; , ob hoc absterget, & secat, & cogit, ueluti ionthos, quos ueru cas quidem uocant, & lenticulas, & ^{marula fanti} ephes dem, & pruritum, & scabiem, & lepras, & achoras, & hulcera macerata, atq; crassescē tia conuenit. In primisq; cum aceto cicatrices illustrat, splenes remittit, præsertim si cū ipso misceantur arefacientes farinæ erui, & ordei. Cortex autem ipsius ualde efficax, quare eo utendum in quibus ualidior est acerbatis usus. Quod si quis carnis ipsius drachmam unam potarit cum melicrato, quod mulsum dicimus, facile uomuerit, saepe etiam aluum infernam large deject. Quamobrem cum purgare iecur, aut lies nem uolunt aliqui, medicamine hoc utuntur cum oxycrato, quod lædat stomachū, ^{noi} gaudet enim aceto, & extrinsecus posita, et ore sumpta.

*Hoc uide
myrt. q̄. 17.
valde ut
ca. 18.
prodigio
lapis*

Balsamum calefacit & arefacit in secundo ordine, est autem etiam partium tenuissimum, succus uero eius potestatis est tenuiorum partium, nec eo usq; calidius, quantū

nonnulli opinantur & partiū tenuitate falsi
Fructus ipsius propemodum eius potens
tiæ est genere, deficit autem, quatenus tenu
ium partium est.

Balaustium est agrestis mali punici flos *Galanthus*
sicut domestici cytinus, muliū gustu acer^s *Dios. li. 1.*
bescit, & arefacientis & acerbescētis est po
testatis, et perinde hulceribus omnibus im
positum, aridū leuissimū celerrime cernes
in cicatricem sine morsu ullo properare.
Inde ex ijs, qui mittunt sanguinem, & qui
medentur torminibus, & uentris fluxi
bus, ac uulue, non est quispiam! priscorum
medicorū, qui hoc nō utatur medicamine

Bati folia, præcipue mollia, & ramuli, *Bartsch*
nempe ipsius rubi, mediocriter sunt acer^s *Dios. li. 4.*
bescientia contusa. Hęc igitur aphthas, prę *ca. 34.*
cipuec^z oris curant hulcera, et uulnera glu
tinant. Fructus si sit matus, habet quid:
dam mediocris caliditatis, Prématurus au
tem, ac lectus intempestiuus, essentiæ sub:
frigidæ est, terrestrec^z quiddam habet, ob
hoc multum arefacit. Apponitur arefactū
sitc^z humido magis arefaciens. Et flos eius
dem est, quæ & ari potestatis. Torminib^z
igitur & uentris fluxibus, & infirmitatib^z,
& sanguinis ejectionibus idoneus. Radix
autem acerbescendi uim habet, tenuiumc^z

Sime
Lathii proba
Silvestris *Tanha radicē*
granaria ampi
punicæ *Sp. E. oviro*
flos baus *vidi balaustias*
laustiū est *ab Agnetha*
les mīs *dissimili*

partium est, & perinde calculos atterit in
renibus.

περάμεν
Pli.li, 20.
cap.9.

τωινύκτι
δεs sunt ul-
cuscula
subescētia

Brassica manducabilis mixtae potentiae
est, cum mansa, tum extrinsecus apposita,
non satis euidenter acuta, sed ad uulnera
glutinanda, medendūq; hulceribus in ma-
lam consuetudinē labentibus. Inflammationibusq; iam obduratis, difficulterq; so-
lubilibus, sacroq; igni & similibus. Curat
quoc; epinyctidas, & herpetas, uimq; ha-
bet abstergendi, ipsum corpus cōtinet ne
dissipetur. Hac de cauſa ubi arefacere hu-
mectum uentrem uelimus, mediocriter ip-
sam coquendo, & priorem aquā profun-
dendo, immittimus statim in aliam calidā
quæ statim ferueat, quando non expedit,
ut aerem aquamue frigidā cocta attingat,
nec enim adinodum utilis, nec si admodū
coixeris. Immittendo igitur in aliā feruen-
tem aquam coquamus, ut sit oportuna ad
subducendum, si nō plurimum coquatur.
Arefacit igit̄ brassica, uelut lens, & ob hoc
uisum hebetat, & melancholicum gignit
humorem. Asparagus autem minus, quā
brassica arefacit, & magis urinam cit, at se-
men potum, lumbricos perimit, et ephelles
& lenticulas, idq; genus alia, quę mediocri-
gent acerbitate iuuat. Caules brassicæ

exusti, uehementer arefaciunt suo cinere,
adeo, ut iam potestatem habeat ambureni,
ob hoc ipsi admiscent adipem uetus, &
& antiquis laterum medentur doloribus.
Et si quid fuerit eiusmodi utuntur ea, praesentaneum nancet ad distrahendum remedium est.

Batrachium, quod raninum quidam uocant, quaternis specie distinguitur differentijs. Cunctae admodum acutae sunt potentiae, ut laboriose trahant, quibus si quis uatur moderate, & scabies & lepras mundas reddit furfuribus, crustis in qua illis furfuraeis, et unguis dimouet scabros, et puncturas abducit, & uerucas, & tuberculos, quos myrmicias uocant, aufert, iuuatque in alopecia, tempore pusillo imposita, nam ueteris non solum amouet crustas, sed etiam cutem sauciat, atque haec quidem folia uirida cum caule imposita faciunt. Radix vero plurimum arefacit, sicut alia omnia, que plurimum arefaciunt, dentium succurrunt doloribus, ipsos confirmingando.

Bdelium quod scythicum nominatur, quodque magis atrum, & rhesinosum, molliendi potestatis est satis efficacis, alterum arrhabicum, quod lucidius, adhuc magis arefacit, quem molliat illud. Sunt autem,

βατράχιον
Pli.lib.27.
cap.12.

ἄλωπεκία
capilli des
fluuium

βδέλιον
Pli.lib.12.
cap.9.

qui arrhabico utantur in inflammationibus
bruchorumq; uermiū exustionibus, atq;
hydrarum ositi spuma madefaciendo, ut
imponatur emplastrum. Arrhabicum per
hibetur calculos in renibus terere potum,
urinasq; aduertere, in coctorumq; flatuū
medicatur discursus.

Balitor

Βολβός
εὐώδιμος

Βολβός
εὐετικός
Dios. li. 2.
ca. 157.

Βούγλωσσ
Sov.

Pli. I. 25. c8

Blitum holus est manducabile, tempe-
ramento humidum & frigidum in secun-
do constitutum ordine, citat aluum, medi-
caminis uim nullam habet.

Bulbus quidem mansus, frigidiores, &
crassiores, & tenaciores humores gignit,
difficulter nanc̄ concocquitur, & inflat, &
uenerem exacuit. Impositus, glutinandi et
arefaciendi uim habet.

Bulbus euomitiuus, temperamenti est
multo calidioris, quam qui dictus, qui per
se mansus, & decoctio eius pota, uomis-
tum mouet.

Buglossum humidum, et calidū est tem-
peramento, uino impositum, caussa tem-
perantiae est. Congruit autem ob gutturis
asperitatem tussientibus coctum in mulso
Aīunt tertianis congruere febribus quidā
quæ trinum habet caulem herba, si cū ras-
dicibus & semine cōteratur, inde potetur.
Quartanis porro eam, quæ quaternis cau-

ibus surgit, harum decoctio ex uino abs
cessibus utilis esse perhibetur.

Buphthalmon nominatum à floribus,
qui apparent facie quidem esse oculis bov
consimiles, nam quandoquidem colore,
floreç anthemidi consimile est, maior &
acutior ui, hinc flos ad distrahendum ac
commodatior, medeturç duricie ammis
xtum ceroto, & tumoribus.

Bunium, alij arctium, inter calefacien
tia est eosq; ut urinam citet, & menstrua
ducat, & secundas ex aluo agat, lieni & re
nibus & uesicæ idoneum, cuius usus humi
di, aridicq; & diluti, ac aliquati cum radicis
bus & caulis & folijs cum mulso. Ac
pseudobunium propemodum ipsum ca
lidum est.

Brathy calefacit & arefacit in tertio or
dine, estq; partiū tenuium, & ob hoc uim
habet distrahendi, adducitq; menstrua, si
quicq; aliud, & per urinas cit sanguinem,
& uiuentia embrya absumit, mortuaq;
ejectat. Putredinibus deniq; conuenit, pre
cipue, quæ sunt ex mala consuetudine, ac
diuturnæ, uetusæ nanc; citra affectum uis
lum ferunt medicaminis robur. Ergo etiā
mollitum cum melle purgat, & carbuncu
los exoluit. Quidam procinamomo bis

*¶ Distro. quando fit optm r folijs auferit inous
mhi. et sordines eis q; annulps pp sufflantur rer
piris et auferit schara ignis. Et q; bbit² fuit ex
ire saynus r urina si expellit.*

βουφθαλ
μον.

βούνιος
Dios.li.4.
ca.iiij.

βράδυ Samina.
Her oīa Galeng

tantum admittunt, quod attenuandi, & distrahendi uim habeat Hæc latine herba sabinæ dicitur, ut Plinius ait.

Fortissæ est **Bryonia**
qd nos barda **Pli. lib. 25.**
na dirimq. q. **cap. 3.**
Anir Bardamrh. anit

Britanicæ herbæ sunt folia acerbescens tia, & uulnera eius remollescunt, similia sunt lapathis agrestibus, nisi quoâ magis atra, ac densiora, estq; ex eis succus similiter exacerbescens, & astringens. Et perinde quidâ apponunt coctum, utpote maioris efficaciæ medicamē corpori putrido, congruit autem oris & gutturi hulceribus, & prorsus ubi astringere conueniat.

Bromus
Dios. li. 4.
cap. 131.

Bromus latine auena, calamus est consimilis frumenti calamis ac folijs, cuius semen ad cataplasma ita idoneū, sicut orsdeum, potusq; ex ipso sistit aluum, succus in sorbitione tussibus conuenit. Mediocriter autem frigidus temperamento acerbescens quiddam habet, & perinde fluxus alui sistit.

Bryon c. max. **Bryon**
g. a. f. **Pli. lib. 32.**
cap. 6.

Bryon maritimū, quod algam quidam uolunt esse, exacerbescit & refrigerat. Inde impositum locis calidis, euidenter refrigerat & iuuat.

Arabne vorat vñq;

Bryum, quidam splanchnum, alijs hypnum uocat, exacerbescit & refrigerat mediocriter, ut proxime ad temperata accedit, quod sit distrahendi potestatis, ac mo-

liendi, præcipue cum cedrinis inuentum
lignis, nam & in leucinis & querceis inuen-
nitur, olentius cedrinum, albumq; prestat,
nigricans uero deterius.

Bunias, cuius radix inflandi uim habet, Bouviaq; est rapa aggris for-
minus nutrit. Eius semen potum, lethalia
inefficacia reddit, miscetur igitur antidos-
tis, falsescit uero eius radix.

De incipientibus & C litera.

Cicer legumen inflans nutriens, bonū ἔρεινθος
aluo, uim mingendi excitās, lac agit, Dios. li. 2.
et semen, et menstruum, cuius coctio cap. 19.
calculos in renibus atterit. Alterum genus
ciceris, quod cicercula a nostris, horobia
a græcis, potentiae conuellendi, distrahen-
di, secandi, abstergendi, ideo & lienem, &
iecur, & renes purgant, & scabies & impeti-
gines abstergent, et parotidas et testiculos
obduratos dissoluunt, necnon hulcerosa
iam uetus consuetudine cum melle cu-
rant, sed cicer hulceratam uesicam, et renes
offendit, auertit malum multum ipsius, in
coctum ipsi ros marinum et mansum, ut
etiam allium.

Calaminthe tenuium est partium effens
tia, et calida et arida temperamento in tertio χαλαμίδ

Impetigo
est summe
cutis ma-
lum, et qd
inter aspe-
ritatem &
scabričē
uersatur.

Δη